



Paolo IV, al secolo Gian Pietro Carafa (in latino: Paulus IV; Capriglia Irpina, 28 giugno 1476 - Roma, 18 agosto 1559), fu il 223° papa della Chiesa cattolica e il 131° sovrano dello Stato Pontificio dal 1555 alla morte.

**Leges et ordinationes a iudaeis in Statu Ecclesiastico degentibus observandae
Paulus episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.**

Cum nimis absurdum et inconueniens existat ut iudaei, quos propria culpa perpetuae servituti submitit, sub praetextu quod pietas christiana illos receptet et eorum cohabitationem sustineat, christianis adeo sint ingrati, ut, eis pro gratia, contumelian reddant, et in eos, pro servitute, quam illis debent, dominatum vindicare procurent: nos, ad quorum notitiam nuper devenit eosdem iudaeos in alma Urbe nostra e nonnullis S.R.E. civitatibus, terris et locis, in id insolentiae prorupisse, ut non solum mixtim cum christianis et prope eorum ecclesias, nulla intercedente habitus distincione, cohabitare, verum etiam domos in nobilioribus civitatum, terrarum et locorum, in quibus degunt, vicis et plateis conducere, et bona stabilia comparare et possidere, ac nutrices et ancillas aliosque servientes christianos mercenarios habere, et diversa alia in ignominiam et contemptum christiani nominis perpetrare praesumant, considerantes Ecclesiam Romanam eosdem iudaeos tolerare in testimonium verae fidei christianae et ad hoc, ut ipsi, sedis Apostolicae pietate et benigne allecti, errores suos tandem recognoscant, et ad verum catholicae fidei lumen pervenire satagant, et propterea convenire ut quamdiu in eorum erroribus persistunt, effectu operis recognoscanti se servos, christianos vero liberos per Iesum Christum Deum et Dominum nostrum effectos fuisse, iniquumque existere ut filii liberae filii famulentur ancillae.

§ 1. Volentes in priemissis, quantum cum Deo possumus, salubriter providere, hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus quod de cetero perpetuis futuris temporibus, tam in Urbe quam in quibusvis aliis ipsius Romanae Ecclesia civitatibus, terris et locis, iudaei omnes in uno et eodem, ac si ille capax non fuerit, in duobus aut tribus vel tot quot satis sint, contiguus et ab habitationibus christianorum penitus seiunctis, per nos in Urbe et per magistratus nostros in aliis civitatibus, terris

et locis praedictis designandis vicis, ad quos unicus tantum ingressus pateat, et quibus solum unicus exitus detur, omnino habitent.

§ 2. Et in singulis civitatibus, terris et locis in quibus habitaverint, unicam tantum synagogam in loco solito habeant, nec aliam de novo construere, aut bona immobilia possidere possint. Quinimmo omnes eorum synagogas, praeter unam tantum, demoliri et devastare. Ac bona immobilia, qua ad praesens possident, infra tempus eis per ipsos magistratus praesignandum, christianis vendere.

§ 3. Et ad hoc ut pro iudaeis ubique dignoscantur, masculi biretum, foeminae vero aliud signum patens, ita ut nullo modo celari aut abscondi possint, glauci coloris, palam deferre teneantur et adstricti sint; nec super non delatione bireti aut alterius signi huiusmodi, praetextu cuiusvis eorum gradus vel priaeminentiae seu toierantiae excusari, aut per eiusdem Ecclesiae camerarium vel Camerae Apostolicae clericos, seu alias illi praesidentes personas, aut Sedis Apostolicae legatos vel eorum vicelegatos quovis modo dispensari aut absolvi possint.

§ 4. Nutrices quoque seu ancillas aut alias utriusque sexus servientes christianos habere, vel eorum infantes per mulieres christianas lactari aut nutriri facere.

§ 5. Seu dominicis vel aliis de praecepto Ecclesiae festis diebus in publico laborare aut laborari facere. § 6. Seu christianos quoquo modo gravare, aut contractus fictos vel simulatos celebrare.

Bulla Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri D. Pauli Diuina prouidentia Papæ IIII. contra Iudeos ædita.



PAVLVS Episcopus, Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam Rei Memoriam,

IN M. nimis absurdum & inconueniens existat, ut Iudei, quos propria culpa perpetuè seruituti submisit, sub pretextu quod pietas Christiana illos receperit, & eorum colubationem sustinet, Christianis adeo sint ingrati, ut eis pro gratia contumelia reddant, & in eos pro seruitute, quam illis debent, dominatum vendicare procurent. Nos ad quorum noticiam nuper deuenit eosdem Iudeos in alma Vrbe nostra & nonnullis S. R. E. Ciuitatibus, Terris & locis in id insolentia prorupisse, ut non solum mixtum cum Christianis & prope eorum Ecclesias, nulla intercedente habitus distinctione, cohabitare, vtrum etiam domos in nobilioribus Ciuitatum, Terrarum, & locorum, in quibus degunt, vicis & plateis cõducesse, & bona stabilia comparare Apudhæreticos, ac nutrices, & ancillas aliosq; Seruientes Christianos mercenarios habere, & diuersa alia in ignominiam & contemptum; Christiani omnino p̄spectare præsumant, cõsiderantes Ecclesiam Romanam, eosdem Iudeos tolerare in testimoniu veræ fidei Christianæ, & ad hoc ut ipsi Sedis Apostolicæ aetate & benignitate allesti, errores suos tandem recognoscant, & ad verum Catholicæ fidei lumen peruenire surgant, & propter res conueniant, ut quando in eorum terroribus persistunt, effectu operis recognoscant se seruos, Christianos vero liberos per lectum Christum datum & Dominum nostrum effectos fuisse, in quibus existere, ut filii liberæ filii famulentur ancilla, volentes in præmissis quantum cõ Deo possunt, adhibere prouidere. Hæc postea perpetua valitura constitutione facimus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, tam in diuisa Vrbe, quæ in quibusuis alijs ipsius Romanæ, Ecclesiæ Ciuitatibus, Terris & locis Iudæi omnes in vno & eodem, ac si ille Capax non fuerit, in quibus aut tibus, vel tot, quot satis sint, contiguis & ab habitacionibus Christianorum penitus seruentis, per Nos in Vrbe, & per Magistratus, & alios in alijs Ciuitatibus, Terris & locis prædictis designandis vicis, ad quos vnicius tantum ingressus pateat, & quibus seorsum vnicius exitus licet, omnino habeant. Et in singulis Ciuitatibus, Terris & locis, in quibus habitauerint, vniciam tantum Sinagogam in loco solito habeant, hæc alia in eis habere, aut bona immobilia possidere possint, Quinimmo omnes eorum Sinagogas, præter vniam ipsarum, demoliri & de uallare, ac bona immobilia, quæ ad præsens possident, infra tempus eis per ipsos Magistratus præfigendum, Christianis vendere. Et ad hoc, ut pro Iudæis vnicius dinoscantur, Masculi bjretum, Femine vero aliud signum patens, ita ut nullo modo celari, aut abscondi possit, glauci coloris palam sceleris teneantur & astricti sint, nec super non delatione biteri, aut alterius signi hmõis pretextu cuiusuis eorum gradus, vel præeminentiæ, sed tolerantiæ excusari, aut per eiusdem Ecclesiæ Camerarium, vel Cameræ Apostolicæ Clericos, seu alias illi præfidentes personas, aut Sedis Apostolicæ Legatos, uel eorum Vicelegatos quouismodo dispensari, aut absolui possint; Nutrices quoq; seu Ancillas, aut alios utriusq; sexus seruientes Christianos habere, vel eorum infantes per mulieres Christianas lactari, aut nutriri facere, seu Dominicis, vel alijs de præcepto Ecclesiæ fectis diebus, in publico laborare, aut laborari facere, seu Christianos quoquomodo grauare, aut Contractus fictos, vel simulatos celebrare, seu cõputorij, quæ cum Christianis pro tempore habebunt, alijs, q̄ latinis literis, & alio quã vulgari Italico sermone uti possint, & si vrantur, Libri huiusmodi contra Christianos nullam fidem faciant, Iudæi quoq; præfati sola arte Strazzanz, seu Cenciariæ (ut vulgo dicitur) concepti aliquã mercatoriam Frumenti, vel Ordei, aut aliarum rerum vsui humano necessarium facere. Et qui ex eis Medici fuerint, et vocati & rogati, ad curã Christianorum accedere, aut illi interesse nequeant. Nec se a pauperibus Christianis dominos vocari pariantur, Et menses in eorum rationibus & computis singulis diebus completis omnino consciant, & dies, qui ad numerum triginta non ascenderint, non pro mensibus integris, sed solum pro tot diebus, quot in effectu fuerint, computentur, & iuxta ipsorum dierum numerum, & non ad rationem integri mensis eorum credita exigant. Ac pignora eis pro cautione pecuniarum suarum pro tempore consignata nisi tractatis prius a die, quo illi eis data fuerint, decem & octo integris mensibus vendere nequeant, & postquam menses prædicti effluxerint, si ipsi Iudæi pignora huiusmodi vendiderint, omnem pecuniam, quæ eorum credito superfluerit, Domino pignorum Consignare. Et statuta Ciuitatum, Terrarum & locorum, in quibus pro tempore habitauerint, huiusmodi Christianorum concernentia inuolabiliter obseruare et teneantur. Et si circa præmissa in aliquo quomodolibet defecerint iuxta qualitatem delicti in Vrbe per nos, seu Vicarium nostrum, aut alios a nobis deputandos, ac in Ciuitatibus, Terris & locis prædictis per eorundem Magistratus etiam tanquam rebelles & Criminis lese Maiestatis, ac a toto populo Christiano diffidati nostri & ipsorum Vicarii ac deputati dõni & Magistratum arbitrio puniri possint. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis tolerantis, seu priuilegijs & indultis Apostolicis eisdem Iudæis per quoscunq; Romanos, Pontifices prædecessores nostros, ac sedem prædictam, aut illius Legatos, vel ipsius Romanæ, Ecclesiæ Camerarios & Cameræ Apostolicæ Clericos, seu alios illi præfidentes, sub quibusuis tenoribus & factis, ac cum quibusuis, etiam derogatorijs derogatorijs alijsq; efficacibus & insolitis clausulis, necnon irritantibus & alijs decretis, etiã Mõni proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concessis, ac etiã iteratis vicibus approbatis & innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficiency derogatione de eis, eorumq; totis tenoribus, specialis specificæ expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quouis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma seruanda esset tenore huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alijs in suo robore permanentis, hæc vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisq; contractis quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attempta præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo quinquagesimo quinto, Pridie Idus, Iulij. Pontificatus

Bolla papale Cum nimis absurdum

§ 7. Seu cum ipsis christianis ludere aut comedere vel familiaritatem seu conversationem habere nullatenus praesumant.

§ 8. Nec in libris rationum et computorum, quae cum christianis pro tempore habebunt, aliis, quam latinis literis et alio quam vulgari italico sermone, uti possint, et si utantur, libri huiusmodi contra christianos nullam fidem faciant.

§ 9. Iudaei quoque praefati sola arte strazzariae, seu cenciariae (ut vulgo dicitur) contenti, aliquam mercaturam frumenti vel hordei, aut aliarum rerum usui humano necessariarum facere.

§ 10. Et qui ex eis medici fuerint, etiam vocati et rogati, ad curam christianorum accedere aut illi interesse nequeant.

§ 11. Nec se a pauperibus christianis dominos vocari patiantur.

§ 12. Et menses in eorum rationibus et computis ex triginta diebus completis omnino conficiant, et dies, qui ad numerum triginta non ascenderint, non pro mensibus integris, sed solum pro tot diebus quot in effectu fuerint, computentur, et iuxta ipsorum dierum numerum et non ad rationem integri mensis eorum credita exigant. Ac pignora, eis pro cautione pecuniarum suarum pro tempore consignata, nisi transactis prius a die, quo illa eis data fuerint, decem et octo integris mensibus, vendere nequeant, et postquam menses praedicti effluxerint, si ipsi iudaei pignora huiusmodi vendiderint, omnem pecuniam, quae eorum credito superfuerit, domino pignorum consignare.

§ 13. Et statua civitatum, terrarum et locorum, in quibus pro tempore habitaverint, favorem christianorum concernentia, inviolabiliter observata etiam teneantur.

§ 14. Et si circa praemissa in aliquo quomodolibet defecerint, iuxta qualitatem deiicti, in Urbe per nos seu vicarium nostrum, aut alios a nobis deputandos, ac in civitatibus, terris et iocis praedictis per eosdem magistratus, etiam tamquam rebelles et criminis lesae maiestatis rei, ac toto populo christiano diffidati, nostro et ipsorum vicarii, ac deputandorum et magistratuum arbitrio puniri possint.

§ 15. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis tolerantibus seu privilegiis et indultis apostolicis eisdem iudaeis per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros ac Sedem praedictam aut illius legatos, vel ipsius Romanae Ecclesiae camerarios et Camerae Apostolicae clericos, seu alios illius praesidentes, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis, etiam deregatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, nec non irritantibus et aliis decretis, etiam motu proprio et ex certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis et innovatis, quibus omnibus, etiamsi, pro illorum sufficienti derogatione, de eis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma servanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum romae apud S.Marcum anno Incarnationis Domicae, millesimo quingentesimo quingentesimo quinto, Pridie idus Julii, Pont. nostri, anno I.

14 luglio 1555